



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

8 Vtrum admiratio sit causa delectationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

ideo prodigalitas dicitur esse contra naturam.

AD TERTIVM dicendum, quod uincere, redarguer, & punire, non est delectabile in quantum est in malum alterius, sed in quantum pertinet ad proprium bonum, quod plus homo amat, quam odiat malum alterius. Vincere, n. est delectabile naturaliter, in quantum per hoc fit estimatio propriæ excellentiæ: & propter hoc omnes ludi in quibus est concertatio, & in quibus potest esse uictoria, sunt maxime delectabiles, & uniuersaliter omnes concertationes, secundum quod habent spem uictoriae. Redarguere autem & increpare potest esse duplicitate delectationis causa. Vno modo, in quantum facit homini imaginacionem propria sapientia & excellentiæ: increpare, n. & corripere est sapientum & maiorum. Alio modo, secundum quod aliquis increpando & reprehendendo, alteri benefacit, quod est delectabile, ut dictum est. irato autem est delectabile punire, in quantum uidetur remouere apparentem minorationem, quæ uidetur esse ex præcedenti laesione. Cum enim aliis est ab alio laesus, uidetur per hoc ab alio minoratus esse: & ideo appetit ab hac minoratione liberari per retributionem laetionis. Et sic patet quod benefacere alteri, per se potest esse delectabile: sed malefacere alteri non est delectabile, nisi in quantum uidetur pertinere ad proprium bonum.

ARTICVLVS VII.

Vtrum similitudo sit causa delectationis.

AD SEPTIMVM sic proceditur. Videtur, quod similitudo non sit causa delectationis. Principi. n. & præesse quandam dissimilitudinem importat, sed principi & præesse naturaliter est delectabile, ut dicitur in Rethor. ergo dissimilitudo magis est causa delectationis, quam similitudo.

¶ 2 Præt. Nihil magis est dissimile delectationi, quam tristitia: sed illi qui patiuntur tristitiam, maximè sequuntur delectationes, ut dicitur in Ethic. ergo dissimilitudo est magis causa delectationis, quam similitudo. ¶ 3 Præt. Illi, qui sunt repleti aliquibus delectationibus, non delectantur in eis, sed magis fastidunt eas, sicut pater in repletione ciborum. non ergo similitudo est delectationis causa.

SED CONTRA est, quod similitudo est causa amoris, ut dictum est supra: * amor autem est causa delectationis. ergo similitudo est causa delectationis.

RESPON. Dicendum, quod similitudo est quodam unitas, unde id quod est simile, in quantum est unum, est delectabile, sicut & amabile, ut supra dictum est: * & si quidem id, quod est simile, proprium bonum non corrumpat, sed augeat, est simpliciter delectabile, puta homo homini, & iuueni iuueni. Si uero sit corruptuum proprii boni, sic per accidens efficit fastidiosum uel contristans, non quidem in quantum est simile & unum, sed in quantum corrumpit id, K quod est magis unum. Quod autem aliquid simile corrumpat proprium bonum, contingit duplicitate. Vno modo, quia corrumpit mensuram proprii boni per quandam excessum. bonum. n. præcipue corporale, ut sanitas, in quadam commensuratione consistit, & propter hoc superabundantes cibi, uel quelibet delectationes corporales fastiduntur. Alio modo, per directam contrarietatem ad proprium bonum, sicut figuli abominantur alios figulos, non in quantum sunt figuli, sed in quantum per eos amittunt excellentiam propriam, sive proprium lucrum, quæ appetunt sicut proprium bonum.

F AD PRIMVM ergo dicendum, quod cum sit quædam communicatio principiantis ad subiectum, est ibi quædam similitudo, tamen secundum quandam excellentiam, eo quod principi & præesse pertinent ad excellentiam proprii boni. sapientum. n. & meliorum est principi & præesse: unde per hoc fit homini propriæ bonitatis imaginatio, uel quia per hoc quod homo principatur, & præcessit, aliis benefacit, quod est delectabile.

AD SECUNDVM dicendum, quod id, in quo delectatur tristitia, est si non sit simile tristitia, est tamen simile homini contristatio: quia tristitia contrariantur proprio bono eius, qui tristatur. & ideo appetitur delectatio ab his, qui in tristitia sunt, ut conferens ad proprium bonum, in quantum est medicativa contraria. Et ista est causa, quare delectationes corporales, quibus sunt contraria quædam tristitia, magis appetuntur, quam delectationes intellectuales, quæ non habent contrarietatem tristitia, ut infra dicetur. * Exinde est, quod omnia animalia naturaliter appetunt delectationes: quia spiritualiter laborat per sensum & motum: & propter hoc etiæ iuuenies maxime delectationes appetunt propter multas transmutationes in eis existentes, qui sunt in statu augmenti, & etiæ melancholici uenient appetunt delectationes ad expellendum tristitia: quia corpus eorum quasi præsto humore corrodit, ut dicitur in 7. Ethic. *

AD TERTIVM Dicendum, quod bona corporalia in quædam mensura consistunt; & ideo superexcelsus H similiū corrumpit proprium bonum, & propter hoc efficit fastidiosum, & contristans, in quantum contrariatur bono proprio hominis.

ARTICVLVS VIII.

Vtrum admiratio sit causa delectationis.

AD OCTAVVM sic proceditur. Vr. quod admiratio non sit causa delectationis. Admirari. n. est ignorans natura, ut Dam. dicit: * sed ignorantia non est delectabilis, sed magis scientia. ergo admiratio non est causa delectationis.

¶ 2 Præt. Admiratio est principi sapientia, quasi uia ad inquirendum ueritatem, ut dicit in princ. Metap. + Sed delectabilius est contemplari iam cognita, quam inquirere ignota, ut Philosophus dicit in 10. Ethic. * cuius hoc hecat difficultatem & impedimentum, illud autem non habeat delectatio aut causatur ex operatio non impedita, ut dicit in 7. Ethic. + ergo admiratio non est causa delectationis, sed magis delectationem impedit.

¶ 3 Præt. Vnusquisque in consuetudinibus delectatur, uero operatio habet quantum per consuetudinem acquisitum, & naturaliter in his gaudet anima. Proterius autem tria, quae omni mirant communia uidetur, in effectu scutatoribus, causarum rationale, concupiscentia scien. p. di causam, que est in p. causa delectationis, dicitur certa desideria, ut in articulo 3. ad tertium habet.

RESPON. Dicendum, quod adipisci desiderata, est delectabile, ut supra dictum est; & ideo quanto

Super Quest. tristitia, ^{in artis} ^{longe a-} ^{ca. 6.} ^{ca. 1.} ^{mediu-} ^{tem.}

Circa octauimum in idem trigesima secunda qualiter articolum, reliquis non alter cœfus, scito quod admirans in ipso admiratio actu indebet habere tria. Primo, noua, rara, uel ardens rei intuitum desideratum: secundo, collationem illius cum occulta causarum, naturali quantam concupiscentiam co-gnoscendi causam, per illas uniuersaliter in perfecta appetit per fieri. Et propterea admirari constituit habentem in id, quod est secundum naturam. Nosne enim, & appetere lux, & naturalia sunt, & naturaliter in his gaudet anima. Proterius autem tria, quae omni mirant communia uidetur, in effectu scutatoribus, causarum rationale, concupiscentia scien. p. di causam, que est in p. causa delectationis, dicitur certa desideria, ut in articulo 3. ad tertium habet.

Super

alicius rei amata magis accrescit desiderium, tātō magis per adēptionem accrescit delectatio: & ēt in ipso augmentatione desiderii fit augmentum delectationis secundum quod fit etiam spes rei amata, sicut supra dictum est,* quod ipsum desiderium ex spē est delectabile. Est autem admiratio desiderium quoddam sciendi, quod in homine contingit ex hoc, q̄ uidet effectum, & ignorat cām: uel ex hoc, q̄ causa talis effectus excedit cognitionem, aut facultatem ipsius. & ideo admiratio est causa delectationis, inquantum habet adiunctam spem consequendi cognitionem eius, quod scire desiderat. Et propter hoc, omnia admirabilia sunt delectabilia, sicut que sunt rara, & oēs representations rerum, et que in se nō sunt delectabiles. Gaudet. n. anima in collationem unius ad alterum: quia conferre unum alteri, est proprius & con naturalis actus rationis, ut Philosopha dicit in sua Poetica. * & propter hoc ēt liberari a magnis periculis, magis est delectabile, quia est admirabile, ut dicitur in primo Rhetori.*

in artis Po-
etica c.2. non
longe a prin-
cipiis. cap.
tom.6.
ca.11. pos-
medium, ca.
tom.6.
AD PRIMVM ergo dicendum, quod admiratio non est delectabilis inquantum habet ignorantiam, sed inquantum hēt desiderium addiscendit causā, & inquantum admirans aliquid nouum addiscit. s. tamē est, quem non estimabat.

ad 4. inter-
medium &
secundum, 5.
AD SECUNDVM dicendum, quod delectatio duo habet, s. quietem in bono, & huiusmodi quietis perceptionem. Quantum igitur ad primum, cum sit perfectius contemplati ueritatem cognitionem, quam inquirent ignorantem, contemplationes rerum scitārū per se loquendo, sunt magis delectabiles, quam inquisitiones rerum ignorantum: tamē per accidens, quantum ad secundum, contingit quod inquisitiones sunt quandoque delectabiores, secundum quod ex maiori desiderio procedunt. Desiderium autem maius excitatur ex perceptione ignorantiae, unde maxime homo delectatur in his, que de novo inuenit, ant addiscit.

ad 4. inter-
medium &
secundum, 5.
AD TERTIUM dicendum, quod ea que sunt co sueta, sunt delectabilia ad operandum, inquantum sunt quasi conaturalia: sed tamen ea, que sunt ratione operationis, quia desideratur eorum scientia, inquantum sunt mirabili ratione operationis, quia ex desiderio magis inclinatur mens ad hoc, quod intende in nouitatem & te operetur, ut dicitur in 10. Eth. * Perfectior. n. operatio causat perfectiorem delectationem.

QVAESTIO XXXIII.

De effectibus delectationis, in quatuor articulos divisā.

DEINDE considerandum est de effectibus delectationis.

ET CIRCA hoc queruntur quatuor.

¶ Primō, Vtrum delectatio sit dilatare.

¶ Secundo, Vtrum delectatio causet sui finitum, uel de siderium.

¶ Tertiō, Vtrum delectatio impedit usum rōnis.

¶ Quartō, Vtrum delectatio perficiat operationem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum delectatio sit dilatare.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod dilatacio non sit effectus delectationis. Dilatacio. n. uider ad amorem magis pertinere, secundum qd' dicit Apostolus 2. ad Corin. 6. Cor nostrum dilata-

Atum est. Vnde & de praecepto charitatis in Psal. 113. dicitur, Latini mandatum tuum nimis: sed delectatio est alia passio ab amore. ergo dilatacio non est effectus delectationis.

¶ 2 Præt. Ex hoc q̄ aliquid dilatatur, efficitur capacitas ad recipiēdum: sed receptio pertinet ad desiderium, quod est rei nondum habita. ergo dilatacio magis uideatur pertinere ad desiderium, q̄ ad delectationem.

¶ 3 Præt. Constrictio dilatazioni opponitur: sed constrictio uidetur ad delectationem pertinere, nam illud constringimus, quod firmiter uolumus retinere: & talis est affectio appetitus circa rem delectantem, ergo dilatacio ad delectationem non pertinet.

B SED CONTRA est, quod ad expressionem gaudii dicitur Isai. 60. Videbis, & afflues: & mirabitur, & dilabitur cor tuum. Ipsa etiam delectatio ex dilatazione nomen accepit, ut laetitia nominetur, sicut supra dictum est.

R E S P O N S O. Dicendum, quod latitudo est quādā dimēsio magnitudinis corporalis: unde in affectiōnibus anima non nisi secundum metaphoram dicitur.

q. 21. artic. 2.
ad 3.
Dilatatio autem dicitur quasi motus ad latitudinem, & competit delectationi secundum duo, quae ad delectationem requiruntur, quorum unum est ex parte apprehensione uirtutis, quae apprehendit coniunctionem alicuius boni conuenientis. Ex hac aut apprehensione apprehendit se homo perfectionem quādam adeptum, quae est spiritualis magnitudo: & in hoc animus hominis dicitur per delectationem magnificari, seu dilatarī. Aliud autē est ex parte appetitivae uirtutis, quae assentit rei delectabili & in ea quieticit, quodammodo se præbens ei ad eam interiori capiendam, & sic dilatatur affectus hominis per delectationem, quasi se tradens ad continēdum interiori rem delectantem.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod nihil prohibet in his, q̄ dicuntur metaphorice, idem diuersis attributi fīm diuersas similitudines: & secundū hoc, dilatacio pertinet ad amorem ratione cuiusdā extēsionis, inquantum affectus amantis ad alios extenditur, ut curer non solum que sua sunt, sed quāe aliorum: ad delectationem uero pertinet dilatacio, inquantum ali quid in scipio ampliatur, ut quasi capacious reddatur.

D Ad II. dicendum, q̄ desiderium hēt quidem aliquā ampliationē ex imaginatione rei desideratae, sed multō magis ex præsenti rei iā delectantis, quia magis præbet le animus rei iam delectanti, quā rei non habite desideratae, cum delectatio sit finis desiderii.

AD III. dicendum, q̄ ille qui delectatur, constringit quidem rem delectantem, dum ei fortiter inhāret, sed cor suum ampliat, ut perfecte delectabili fruat.

ARTICVLVS II.

Verum delectatio causet sui finitum, uel desiderium.

E AD SECUNDVM sic proceditur. Videtur, q̄ delectatio non causet desiderium suiipsius. Ols. n.

4. dist. 49. q.
3. art. 2. ad 5.
motus cessat, cum peruerterit ad quietē: sed delectatio est quasi qdā quies motus desiderii, ut supra dictū est.* cessat ergo motus desiderii, cū ad delectatio nē peruerterit, non ergo delectatio causet desideriū.

¶ 2 Præt. Oppositum non est causa sui oppositi; sed delectatio quodammodo desiderio opponitur ex parte obiecti, nam desiderium est boni non habiti; delectatio uero boni iam habiti, ergo delectatio non causat desiderium suiipsius.

¶ 3 Præt. Fastidii desiderio repugnat: sed delectatio plerūq; causat fastidii, non ergo facit sui desideriū.

Prima Secunda S. Thomē.

X 2 SED